℞. Inſpiſſatæ pulpæ l' xij.
Sacchari clarificati & inſpiſſati l' viij.
Confice ſecundum artem.

AMARENÆ *ſunt magna Ceraſa, guſtu vinoſa, quæ Germanice vocantur Amarillen, Ammerlinghe, & Amelber.*

Diamarenatum compoſitum.

℞. Diamarenati ſimplicis iam confecti, & adhuc calidi l' iiij.
Cui inſperge ſequentes ſpecies, in minutiſſimum pulverem tritas:
℞. Cinnamomi
Nucis moſchatæ ana ℥ j.
Zingiberis Galangæ ana ʒ iiij.
Cardamomi Garyophyllorum
Macis Ligni Aloës ana ʒ ij.
Confice ſecundum artem.
Ad hunc modum potes etiam facere confectiones ex Cynosbatis & Cornis, hoc eſt, Corni fructibus.

LOHOCH.

Lohoch ſanum & expertum D. Meſuæ.

℞. Cinnamomi Hyſſopi
Glycyrrhizæ ana ʒ iiij.
Iuiubas

Sebe-

Sebeſten ana numero xxx.
Paſſularum enucleatarum
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium ana ℥ ij.
Fœnugræci ʒ v.
Capilli Veneris m. j.
Aniſi Fœniculi Ireos
Seminis Lini
Calaminthæ ana ʒ iiij.

Coquantur ſecundum artem in aquæ clariſſimæ l' iiij. ad conſumptionem l'ij.

Colaturæ expreſſæ adde
Penidiarum l' ij.

Coquantur ad perfectionem: poſtea inſperge ſubſequentia minutiſſime inciſa & tuſa:

℞. Pinearum mundatarum ʒ v.
Amygdalorum dulcium mundatorum
Glycyrrhizæ Tragacanthæ *
Gummi Arabici Amyli ana ʒ iij. *
Ireos ʒ ij.

Agitentur omnia ſimul celerrime, donec albeſcant.

Tussi vociſque aſperitati à frigiditate natæ auxilio eſt: craſſos in thorace & pulmone humores extenuat.

Lohoch de Pino D. Meſuæ.

℞. Pinearum ʒ xx. *
Amygdalorum dulcium

Avel-

Avellanarum aſſatarum
Tragacanthæ Gummi Arabici
Glycyrrhizæ Succi Glycyrrhizæ
Amyli Capilli Veneris
Ireos ana ʒ iij.
Carnium dactylorum ʒ xxxv.
A Amygdalorum amarorum ʒ iij.
Mellis paſſularum Butyri recentis
Sacchari Tabarzeth ana ℥ iiij.
Mellis Tabarzeth lᵗ ij. ℥ j. ʒ iiij.

Conterenda contundantur, & inciden-da incidantur minutiſſime, & cum melle excipiantur.

MEL *Tabarzeth eſt optimum, ſinceriſſimum atque odoratiſſimum mel, quale ex Dantiſco affertur.*

P. C. SCHOL.

A Amygd. am. ʒ iij.] *Cum Cordus hic perverſe ℥ iij. poſuiſſet, ʒ iij. tantum legendas eſſe, Fuchſio quoque adſtipulante, dico.*

TUSSI diuturnæ, difficultati ſpiritus, & aſthmati ſuccurrit: humores in thorace craſſos incidit, & extenuat.

Lohoch de Papavere D. Meſuæ.

℞. Papaveris albi ʒ xxv.
Amygdalorum dulcium Pinearum
Gummi Arabici Tragacanthæ
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ x.

Amy-

Amyli ℥ iij.
Seminis Portulacæ Seminis Lactucæ
Seminis Cytoniorum ana ℥ iiij.
Croci ʒ j.
Penidiarum albarum ℥ iiij.
Syrupi de Papavere lᵗ iij.

Omnia contundantur & incidantur, atque cum Syrupo excipiantur, ſecundum artem. Porro iſte Syrupus de Papavere ſic fieri debet:

℞. Capitum Papaveris albi recentium
Capitũ Papaveris nigri recentiũ ana ℥ vj.
Seminis Lactucæ
Florum Violarum ana ℥ j.
Aquæ quantum ſufficit, aut lᵗ viij.

Coquantur; & colaturæ adde
Sacchari lᵗ iiij.

Coquantur ad ſpiſſitudinem.

Hoc Lohoch de Papavere appellatur etiam alio nomine Diapapaver.

Iuvat tuſſim, & gutturis aſperitatem à catarrho calido, tenui. (quem ſputum liquidum indicat.) eum enim coquit, & craſſat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

Lohoch de Scilla D. Meſuæ.

℞. Succi Scillæ
Mellis deſpumati ana lᵗ j.

Coquantur ſecundum artem.

SCILLA proprie ſuccum non habet, ſed muci laginem; quæ ſic eſt colligenda:

℞. Scillas crudas tres aut quatuor: eius laminas puriores, plenas & nitidas, in partes incidito cultello eburneo: deinde in pila ſive mortario fictili aut lapideo ſive marmoreo atterito cum agitaculo, facto ex ligno Guaiaco ſive Sancto: & deinde exprime, & utere.

ECLEGMA de Scilla materiam craſſam, lentam, coctu difficilem, in partibus reſpiratoriis expelli facilem ſtrenue reddit; & natam inde ſpirandi difficultatem, & thoracis dolorem levat.

Lohoch de Pulmone vulpis D. Meſuæ.

R. Pulmonis vulpini ſiccati
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Aniſi   Seminis Fœniculi
Capilli Veneris   ana ℥ j.
Sacchari clarificati   ℥ xv.

Conterantur omnia tenuiſſime, & cum Saccharo excipiantur.

ABSTERGIT & conſolidat ulcera pectoris & pulmonis, & præferendum eſt aliis remediis in phthiſi.

* *Lohoch ad Aſthma D. Meſuæ.*

* ℞. Scillæ aſſatæ   ʒ iij.

Radi-

Radicum Ireos ℥ ij.
Hyſſopi
Praſſii ana ℥ j.
Myrrhæ rubeæ
Croci ana ℥ ß.
Cum mellis quantitate ſufficienti fiat Lohoch.

AD aſthma & tuſſim antiquam valet: humorem enim craſſum tenuat.

LENITIVA ET SOLUTIVA.

Flores Caſiæ fiſtulæ ſolutivæ.

℞. Cannas ſeu ſiliquas Caſiæ ponderoſas, & quæ non reſonant concuſſæ: aperi eas, & contentam in eis pulpam ſeu medullā cum laminis & ſeminibus ſuis diligenter evacua: exempta proiice ſuper inverſum & anguſtum cribrum, ſetis equinis contextum. Cribrum deinde pone ſupra bullientis aquæ vaporem, & averſo cochlearis convexo Medullam Caſiæ hinc & inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur: & ſi quid excretum eſt, aut penetraverit, confeſtim ſubinde auferto, ne plus quam neceſſe eſt de vapore imbibat: idq; tamdiu facito, donec quantum voles, collegeris. Porro cū neceſſitas requirit, ſemper